

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

Oratio Dicenda ante Divinum Officium

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

Hymnus SS. Ambrosii & Aug.

ne su per nos, quem ad mo dum spe ra vi-

mus in te. 4.T.

N te Do mi ne spe ra vi, non

confundar in æ ter num. 4.T.

ORATIO

Dicenda ante Divinum Officium.

A Per Domine os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis, & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma; ut digne, attentè ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. *Et Amen.*

Domine in unione illius divinæ intentionis, qua ipse iu terris laudes Deo persolvisti, has tibi horas persolvo.

Orationem sequentem devotè post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulgit.

Sa-

Sacrosanctæ, & Individuæ Trinitati, Crucifixi Do-
mini nostri Jesu Christi humanitati, Beatissimæ, &
gloriosissimæ, semperque Virginis Mariæ fecundæ
integritati, & omnium Sanctorum Universitati, sit
sempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni
Creatura, nobisque remissio omnium peccatorum,
per infinita sæcula sæculorum. *R.* Amen.

V. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt
æterni Patris Filium.

R. Et beata Utera, quæ lactaverunt Christum
Dominum. Pater noster. Ave Maria.

Pater noster qui es in cœlis: sanctificetur nomen
tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas
tua, sicut in cœlo, & in terra: panem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:
& ne nos inducas intimationem: sed libera nos à
malo. Amen.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, bene-
dicta tu in mulieribus, & benedictus fructus
ventris tui Jesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro
nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ.
Amen.

*In principio Matutini, & Prima, ac in fine Completorii,
dicitur etiam Symbolum Apostolorum.*

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Crea-
torem cœli & terræ. Et in Jesum Christum,
Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui con-
ceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine,
passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & se-
pultus: descendit ad inferos: tertia die resurrexit à
mortuis: ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei
Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vi-
vos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam
Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Commu-
nionem, remissionem peccatorum, carnis resurrec-
tionem, vitam æternam. Amen.

IN